



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 5. Quinam sunt effectus Excommunicationis minoris?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

Resp. Ex S. Thom. & ex communi sententia est mortale communicare in rebus Sacris, ut Officiis divinis, c. 29. causa. 11. q. 3. nam materia gravis est, & valdè repugnat tum auctoritati & fini Censuræ, tum etiam dignitati rerum sacrarum: sed solum veniale est in aliis, nisi in crimine ob quod alter excommunicatus est, vel nisi sit contra speciale præceptum Superioris, vel cum scandalo aut contemptu legis, ut si communicatio esset frequens: quia, inquit, communicatio in rebus civilibus non censetur hîc materia gravis, nam non repugnat graviter fini excommunicationis, nisi sit frequens.

Communicans autem cum excommunicato in crimine criminoso, hoc est, cooperans culpæ vel contumaciæ ob quam lata est excommunicatio, v. g. præbendo consilium, auxilium vel favorem, semper peccat mortaliter, & eandem incurrit excommunicationem, c. 29. & 55. *de sent. excom.* quia faciens & consentiens pari poenâ puniri debent.

Q. 5. Quinam sunt effectus Excommunicationis minoris?

Resp. Tres sunt. 1. Privatio seu prohibitio receptionis Sacramentorum, c. 59. *de sent. excom.*

2. Privatio passivæ electionis ad dignitates & Beneficia. Quare illâ ligatus peccat graviter, si scienter recipiat Sacramentum vel Beneficium: quia violat præceptum Ecclesiæ in re gravi.

gravi. Non fit tamen irregularis; nec electio aut provifio est irrita, fed folùm irritanda, c. ult. de Cleric. excom.

3. Privatio adminiftrationis licitæ Sacramentorum, ex eod. cap. ubi dicitur: *peccare conferendo Ecclefiaftica Sacramenta.*

Q 6. *Quanam funt Excommunicationes refervatæ Papæ, & Epifcopis?*

Resp. Circa hoc confuli debet propriæ Diœceſis Rituale. Hic tamen operæ pretium eſt explicare Excommunicationem contra percuffores Clericorum à Conc. Gener. Later. 2. can. 15. latam his verbis. *Placuit ut ſi quis ſuadente diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrit, quod in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo ſubjaceat; & nullus Epifcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat.*

1. Nemo cujuſvis ordinis, dignitatis, ſexûs, ſtatûs ab ea eximitur, ne impubes quidem rationis compos. Imò hanc incurrant mandantes, conſentientes, & conſulentes, effectu ſecuto, item non impediētes, ſi ex officio ad hoc teneantur, vel ſi potuerint impedire ſine damno periculo ve ſuo, & dolosè permiferint, c. 47. de ſent. excom. Item ratam habentes percuffionem ſuo nomine factam, etiam ſi non conſulerint nec mandaverint, c. 23. de ſent. excom. in 6. Item Clericus ſeipſum vulnerans ex malitia ſeu paſſione: ſecùs ſi ex devotione.

2. Per